

De mandato Perillustris, et admodum Reverendi Domini Prioris Felicis Peretti  
 Provicarij Foranei Massignani Judicis Deputati ab Illustrissimo  
 Domino vicario Generali Firmi, et ad instantiam Insignis Col-  
 legiate Sancte Lucie Montis Florum Presentis, sivè & =

Tenore presentium & mandatur Tibi Domino Joanni Dominico quondam Josephi  
 Palma de Massignano Depositario scutorum 38 : 50 :  
 provenientium ex retractu domus hereditarie quondam Felicis

Trosiani de eodem deliberate ad favorem Domini Pauli quondam  
 Hilarij Palma de eodem pro dicto pretio scutorum 38 : 50 :,  
 prout in processu cause in Curia Foranea Massignani existentis,  
 ad quem & quatenus visis presentibus, sub pena mandati  
 rigorosi, alijsque & penis, debeas ex dictis scutis 38 : 50 :

penès te depositatis &, et ut supra provenientis soluisse,  
 et consignasse dicto Domino Instanti, et pro ea eius Legiti-  
 timo Procuratori scuta 7 : 65 :, scilicet scuta 6 : 25 :  
 pro sorte principali census à quondam Felice Trosiani impo-

sita ad favorem dicti Instantis, scuta 1 : 25 : pro fru-  
 ctibus decursis, et non solutis &, et obulos quindecim pro  
 reintegratione fidei, et Licentie obtente ab Illustrissimo  
 Domino vicario Generali Firmi, prout in dicto processu, ad  
 quem & facta prius & per dictum Instantem, sive eius Procuratorem  
 obligatione de restituendo dicta scuta 7 : 65 : Priori-  
 bus, anterioribus, et Potioribus creditoribus dicte heredita-

tis quondam Felicis Trosiani, et de contribuendo cum equa-  
 libus, et equalia Jura habentibus, etiam in casu  
 evictionis ex quovis capite, etiam nullitatis evenientis,  
 ad omne mandatum nostrum & seù cuiusvis alij Domini Judicis &

debitamque solutionem, et consignationem modo,  
 quo supra fecisse, recepta quietantia, sine tamen  
 prejudicio expenzarum presentis mandati, et aliarum factarum,

et faciendarum & et presentibus omnino paruisse & prout nos modo,  
 quo supra tradito, et consignari volumus, et mandamus per presentes &  
 taliter & in fidem & Datum ex Curia Foranea